



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Epistola IX. Ad P. Rodericum De Cabredo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

EPISTOLA IX.

AD P. RODERICVM DE  
CABREDO.

HORTATUR AD FIDV-  
CIAM IN DEO.

*Pax Christi.*

**P**atienter ferendum est, quòd  
Reverentia Vestra non potue-  
rit venire Salmanticam. Grates  
Deo persolvo, qui omnia ad suam  
majorem gloriam, nostramque  
salutem disponit; ac paternam  
suam Providentiam non in magna-  
rum solùm, sed & exiguarum rerù  
dispositione manifestat. Maximo  
solatio est, quòd DEVS exactam  
ad eò rerum omnium, ad nos per-  
tinentium, curam gerat, & pro suo  
in Reverentiam Vestram amore  
illi Pervanam hanc expeditionem,  
curamque illius Provinciæ susci-  
piendam ordinârit, designetque in  
dies singulos vias, quas terra, ma-

FF 5 ríque

rique Reverentia Vestra obit, ac deinceps est obitura. Pericula itineris maritimi varia, non casu, aut fortuito evenient; quæcunque enim accident à DEI omnia optime scientis, & pro suo in nos amore in nostrum emolumentum convertentis, nutu dependent.

Hæc ergo continuâ divinæ providentiæ consideratione, mi Pater Provincialis, muniri me velim, ut nec in sinistris successibus animum abijciam, nec in prosperis debite gratitudinis obliviscar. Verum ego intra cancellos, & in umbrâ hæc loquor; sed Reverentia Vestra prodit in campum, & apertum certamen. In mari discet orare & sperare; discet alitè sentire de mirabilibus DEI, quæ experietur in alto: eruntque hæc omnino necessaria; quia ex Oceano, vel mari Pacifico deveniet in aliud, quod non carebit tempestatibus & alijs molestijs;

ubi,

ubi, ne deficiat, unice necessarium  
erit nôsse orare, & sperare in ma-  
gno DEO, qui verbo, & hoc, & illud  
mare, quantumvis tempestuosum  
sedare potest, & Reverentiam Ve-  
stram infestis utriusque periculis  
liberare. Equidem Reverentiæ Ve-  
stræ, pro mutuo inter nos amore,  
offero mea Sacrificia & preces.  
Negotium Domini Joannis transi-  
gam, ut Reverentia Vestra jubeat,  
tanquam rem fratris mei gererem.  
DEUS Reverentiam Vestram sal-  
vam, & incolumem, ad securum &  
opratum portum deducat. Servi  
obsecro sui in sacratissimis Sacri-  
ficijs, ardentibusque ad DEVM pre-  
cibus, assiduè sit memor. Sal-

manticæ 6 Julij An-  
no 1598.



EPISTO.